



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

37 Monialem corrupens triplex peccatum committit, & cum ea
matrimonium contrahens, efficitur inhabilis ad cum alia contrahendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- depositionis incurrit, ut cap. penult. & in cap. per venerabilem ult. not: qui
 ult. 30. quest. 1. & Diaz. pract. crim. cap. 34. alias 76. in princ. ubi indistinctè tenet,
 clericum de hoc crimine per testes convi-
 ctum, ob malum exemplum, quodd ho-
 minibus dederit, absque ulla exceptione
 esse deponendum, & alicui carceri per ali-
 quot annos mancipandam, ut ibi.
 in ver. unde ego, Abb. in cap. at si cleri-
 ci, num. 8. & Felyn. num. 14. de jud. &
 Graff. decis. aur. c. 48. numer. 16. par. 1. lib. 2.
- 33 Sed si crimen ¶ non est testibus proba-
 tum, & reus non convictus, nisi post ali-
 quas informationes non concludentes per
 suam confessionem, pœna posset mitiga-
 ri; non tamen ad locum, in quo deliquit,
 pro residentia faciendâ habitari: quia
 contenti, etiam, quod astrictus probatio-
 nibus faciendis confiteatur, debet sibi pœ-
 na mitigari, Abb. in d. cap. at si clerici,
 num. 8. de jud. Felyn. post Hostiens. in d.
 cap. de hoc. num. 6. de simon. & Tiraquell. de
 pœn. temp. remitt. cau. 33. num. 13.
- 34 Secundò cognoscens ¶ eam, quæ sibi
 est conjuncta in cognatione spiritali, quia
 delicta hujusmodi etiam in opinione po-
 puli gravia judicantur, eidem pœnæ sub-
 iicitur, & hoc de commatre tenet Felyn:
 in cap. at si clerici, numer. 14. in fin. de
 jud. & Diaz. ead. pract. crim. d. cap. 84.
 alias 76. in fin.
- 35 Tertiò, clericus ¶ stuprans virginem
 venit deponendus, Abb. in cap. at. cleri-
 ci. num. 35. de jud. Geil. de pœn. omnis. coit.
 §. septimò videndum. num. 1. Clar. in §. stupri
 sub num. 3. vers. sed. quæro, & Diaz. d. pract.
 crim. cap. 85. in princip. Laicus autem vir-
 ginem stuprans de jure canonico excom-
 municationis sententia potest innodari S.
 Tho. 2. 2. quest. 99. par. ult. Abb.
- in cap. per venerabilem ult. not: qui
 fil. sin. leg. & Cassan. cons. 1. part. 5.
 num. 17.
- 36 Quartò, stuprans ¶ monialem gravilo-
 simè peccat, & pœnam dispositionis in-
 currit, quia sponsam Christi corrumpit,
 & committit, tria peccata ¶ videlicet adul-
 terium, quia cum sponsa Dei rem habet,
 sacrilegium, quia lædit sacrum, incestum,
 quia est consanguinea nostra, quoniam
 filii Dei sumus; & de quolibet istorum
 potest acculari, gloss. in cap. virginib.
 c. 7. quest. 1. Abb. dicto nu. 35. Diaz. in ead.
 pract. cap. 83. in princ.
- Copula enim cum moniali est aded
 damnata, ut si quis cum moniali contra-
 hat matrimonium, ultra, quod est nul-
 lum, præter aliàs pœnas contra similia
 committentes inflictas, est etiam perpe-
 tuò inhabilis ad matrimonium cum alia
 muliere contrahendum, & à sacra com-
 munionem est privandus, ut c. hi ergo, & c.
 virginibus, 27. q. 1.
- 38 Homicida ¶ voluntarius ipso jure be-
 neficio non est privatus, sed per senten-
 tiam venit privandus, cap. clericis, ne cle-
 ricus vel mon. Innoc. in c. cum nostris, n. 1. ver-
 nam in homicidas de concess. præbend. & hæc
 est communis opinio, quam sequitur A-
 nan. & Felin. in c. Inquisitionis, num. 3. de
 accusat. Corsett. in sing. in ver. sententia, §.
 clericus homicida. Capell. Tolos. decis. 208.
 & Diaz. in pract. crim. ead. 95. alias 88. vers.
 item etiam.
- 39 Interim autem adhuc ¶ pendente ac-
 cusatione, priusquam condemnatur, vel
 per impetrationem alteri jus quæratum,
 eidem beneficio potest renunciare, gloss.
 in cap. 2. in ver. finita, vt lit. pend. in 6. Fe-
 lin. in d. cap. Inquisitionis, num. 5. Rot. de-
 cis.